

scholasticae pariter, & academicae iu-
uentutis vsui destinatum consecrare.
VOBIS enim, antiquissimaque DO-
MVI WERTHERIANÆ hæc
omnino laus debetur ac gloria, quod
rectiora in eodem semper litterarum
studia, tamquam certissima ecclesie
reique publicæ præsidia, amentur,
excolantur ac promoueantur; qui-
bus olim heroes romani & christia-
ni excellabant atque excellere admi-
tebantur. Quod quidem eo magis
cedit ornamento, quo minor sæpius
eorum reperitur numerus, qui, quum
summo nati sint loco, via laboris mo-
lestiæque plenissima ad virtutum
laudem adspirant; quia potius hu-
manitatis studia, ex quorum tamen
cultura haud mediocris in omnem
vitam redundat utilitas, con-
temnunt, summæque sibi ducunt tur-
pi-

pi-